

Activité 2 : Comparer le texte latin et sa traduction en français.

Cum **tridui** uiam processisset, nuntiatum est ei Ariouistum cum suis *omnibus* copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique uiam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere sibi praecauendum Caesar existimabat. Namque *omnium* rerum quae ad bellum usui erant summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic muniebatur ut *magnam* ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen alduas Dubis ut circino circumductum paene totum *oppidum* cingit, reliquum spatium, quod est non amplius pedum MDC, qua *flumen* intermittit, mons continet *magna* altitudine, ita ut radices eius montis ex utraque parte ripae *fluminis* contingant, hunc murus circumdatus arcem efficit et cum *oppido* coniungit. Huc Caesar *magnis* **nocturnis** **diurnisque** itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesidium conlocat.

Il était en marche depuis trois jours, lorsqu'on lui annonça que celui-ci, avec toutes ses forces, se dirigeait contre Besançon, la plus forte place des Séquanes, et que, depuis autant de jours, il avait passé la frontière. César crut devoir faire tous ses efforts pour le prévenir, car cette ville était abondamment pourvue de munitions de toute espèce, et sa position naturelle la défendait de manière à en faire un point très avantageux pour soutenir la guerre. La rivière du Doubs décrit un cercle à l'entour et l'environne presque entièrement; la partie que l'eau ne baigne pas, et qui n'a pas plus de six cents pieds, est protégée par une haute montagne dont la base touche de chaque côté aux rives du Doubs. Une enceinte de murs fait de cette montagne une citadelle et la joint à la ville. César s'avance à grandes journées, et le jour et la nuit, s'en rend maître et y met garnison.